Rome in refectorio monasterii beate Marie Minerve pro audientia causarum apostolica specialiter deputato nobis inibi mane hora tertiarum audientie causarum consueta ad iura reddendum et causas audiendum, in loco nostro solito et consueto pro tribunali sedentibus, sub anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto, indictione quartadecima, die vero Veneris, tricesima prima mensis ianuarii, pontificatus prefati sanctissimi domini nostri domini Pauli divina providentia pape secundi anno 2°, presentibus ibidem discretis viris magistris Egidio Dass et Hermanno Plemuk notariis publicis scribisque nostris, clericis Leodiensis et Monasteriensis diocesium, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Collationata et auscultata est presens copia per me Hinricum Hauerbecke clericum Osnaburgensem, publicum sacra imperiali auctoritate notarium, cum originali mandato, eaque cum eodem in omni sui forma concordare reperi, ideoque in robur et evidens testimonium manu mea propria subscripsi.

Et ego Otto de Specke clericus Halberstadensis diocesis, publicus apostolica et imperiali auctoritatibus notarius prefatique reverendi patris domini Gasparis de Theramo auditoris et huiusmodi cause coram eo scriba, quia dictis citationi cum inhibitione, petitioni et decreto omnibusque aliis et singulis dum sic ut premittitur coram prefato reverendo patre domino Gaspare auditore fierent et agerentur, una cum prenominatis testibus presens interfui, eaque sic fieri vidi et audivi, ideo presens publicum instrumentum manu alterius fideliter scriptum exinde confeci subscripsi et publicavi et in hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis solitis et consuetis una cum prefati reverendi patris domini Casparis auditoris sigilli appensione signavi, in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et requisitus.

137.

Hugold von Schleinitz, Obermarschall, Dietrich von Schönberg, derzeit Rektor der Universität und Domprobst zu Meissen, Nickel von Schönberg, Hofmeister, und Dr. Johann Scheibe, Ordinarius, legen im Auftrage des Kurfürsten Ernst von Sachsen und der verwittweten Herzogin Margarethe zu Sachsen die zwischen den Collegiaten des großen Collegs einerseits und dem Magister Heinrich Herold von Bayreuth andererseits wegen einer Collegiatur entstandenen Streitigkeiten bei.

1466 Febr. 2.

Hdschr.: Copiale des großen Fürstenkollegs fol. 61—63.

Zu wißenn, nachdem alß etlich gebreche, schelunge unndt irthumb endtstandenn waren zwischen den würdigen meisters unndt collegiatos des großenn collegii zue Lipzk von wegen irs collegii ahn einem, undt dem erbarn meister Heinrico Heroldt von Bereut deß anders theilß, umb eine collegiatur in dem egenanten collegio die dem genanten meister Heinrico ahnstehen solte alß er meinte, solche gebreche undt schelunge ahn des erluchtenn hochgebornen fursten undt herrn, herrn Ernst, herzogen zue Sachßenn, chur-